

benedixit Deo de more suo, exhortans omnes ad hoc faciendum.

68. Syriacus. Arabicus. D. Chry. solt. Vers. 36. Anima quare facti omnes verbis pauli. Syriacus, Consolationem acceperunt. Arabicus, la- rificati. D. Chryostomus, anima recreati, Arias, bono animo. Aethiopicus, Reversum est cor. Vers. 37. Erasmus universa anima, a nobiliori partu compu- ta homines.

QUAESTIO IX.

Quare omnes qui erant in navi dicuntur sal- vari ob gratiam Pauli, cum Paulus dicat, quod si nauta exirent omnes peribunt?

69. Dixit Angelus Paulo supra vers. 24. Ecce do- navit tibi Deus omnes, qui navigant tecum, & tamen postea, cum vidisset Paulus quod nau- ta, seu magistri navigationis volebant fugere a navi, dixit Centurioni vers. 31. Si hi in navi non manserint, vos salvi fieri non potestis, unum cum altero videtur repugnare, Angelus ait, quod om- nes ob gratiam pauli salvabuntur, Paulus ait, quod, si gubernatores exierint, omnes peribunt, quomodo ergo haec possunt stare, & coherere inter se: paulus ut magnus doctor, optimus in- terpres Angeli verborum, quod omnes salvabun- tur a periculosa maris tempestate, si rectores, ac gubernatores navis recte adimpleverint suum na- vis gubernandae munus. Cum quis stat in suo, officio omnia prosperantur; aliter in praecipitium ruunt Oecumenius sic ait, Quod autem dicit, nisi hi in navi manserint, vos salvi fieri non potestis, dispensatione dixit Paulus, ut confunderet eos, ne excideret prophetia, quae erat stantibus, & p. rma- nentibus nautis.

Cum quis esset in suo mu- nere om- nia sunt salva.

Oecum.

70. Ait noster Apostolus 1. Corinth. 1. num. 14. Gratias ago Deo meo, quod neminem vestrum bap- tizavi, nisi Crispum, & Cajum, nequis dicat, quod in nomine meo baptizati estis. Baptizavi au- tem & Stephana domum; ceterum nescio, si quem alium baptizaverim, non enim misit me Christus baptizare: sed Evangelizare. Magnus paulus dat gratias deo; quod tantum tres baptizaverit, & cur pro tam magno beneficio habet, quod tam paucos baptizaret, cum sit praclarum pietatis opus illud sacrum lavacrum ministrare, ait ipse; Non enim misit Christus baptizare, sed evangelizare, & ideo pro magno beneficio a Deo accepto refe- rebat, quod in suo munere commisso se conti- neret, & quod ad aliud brevissime, ac pro casu urgenti manum extenderet, & quia in sua spha- ra se semper retinuit inde se tam magnum agnos- cebat, pro quo multas gratias Deo persolvebat.

Oecum.

71. Nulla maior m. op. rudo. quam in se mi- nere per- sistere. D. Ambro. Dicitur Genes. 2. num. 16. Fecit Deus duo lu- minaria magna, luminare majus ut praeset diei & luminare minus, ut praeset nocti. Si Luna quan- do numeratur cum Sole etiam dicitur luminare magnum, quomodo statim dicitur luminare mi- nus? numquid Deus retractat magnitudinem, quam antea praedicaverat opera Dei sunt absque poenitentia. Recte dubium solvit ibi D. Ambro-

sus, & ait. Fecit Deus duo luminaria magna, lu- minare majus, ut praeset diei, & luminare minus, ut praeset nocti, magna possumus accipere, non tam aliorum comparatione magna, quam suo munere. Luna luminare est magnum, cum ita praedici- tur a supremo artifice, tamen dicitur luminare, minus, quia minus est lucere nocte quam die; tamen luna semper est luminare magnum, cum se exercent, & contineat in suo munere, quod quamvis illud sit minus, tamen cum luna se co- hibens in illo, & ejus metas non transilit, mag- num luminare est, magna possumus accipere non tam aliorum comparatione magna, quam suo mu- nere, nulla major magnitudo, quam in suo officio quisque persistere, & illius limites non transilire. Vide supra cap. 20 q 7 n. 68. 69. 70.

QUAESTIO X.

Quare Paulus tam vehementer exhortatur omnes ad manducandum?

72. Ait Paul. vers. 33. Quarta decima die hodie ex- pectantes jejun nullum pabulum accepistis, ideo exhortatur ad accipiendum temporale ad re- ficiendas vires naturales, & ad sustinendam vi- tam naturalem, & ad sustinendum laborem navi- gationis, ac tanta tempestatis.

73. Ex cibis materialibus liceat conjecturari ad spir- italem, & Divinum, ac caelestem cibum D. Paschal. lib. de corpore, & Sanguine Christi cap. 9. & ait, Quatenus sicut, scilicet vires corpora- les aluntur cibis terrenis, ut vivant ad tempus, sic aluntur spiritualiter per hoc ad vitam perpe- tuam ne deficiant in via. Ait Paulus 1. Corinth. 11. num. 23. Dominus Jesus in qua nocte tradebatur ac- cepit panem; & cur potius in illa nocte, quam in alia hoc altissimum mysterium instituitur? In illa nocte sese diabolus cum omnibus machi- nationibus suis armavit contra factos Apostolos ut eos conturbaret, expetivit vos Sathanas Luc. 22. num. 31. ideo supremo, & altissimo mysterio eorum vires fuerunt corroboraedae, ac omnimode muniendae D. Bernard. serm. 2. de Ramis ait, ex- petiverat Sathanas, ut cribraret, opus erat refec- tione.

74. Magna prosperitate pergit haebraeus per deser- tum, ut canit David psalm. 104. num. 17. Non fuit in tribubus eorum infirmus, & quoniam me- diante ita ille populus vitam prorogavit per tot- vias & aspera loca, sanus adeo, ut morbo num- quam tentaretur, rationem invenit Tertullian. lib. adversus Judaeos cap. 3. sic inquit, manna cibatu s ad instar immortalitatis redactus, nec humanis passionibus contaminatus, saluti, & vitae est pan- nis iste, ait, Christus Joan. 6. num. 3. & Eucha- ristia medicina dicitur a tertullian. lib. de pudici- tia cap. 18.

75. De Sapientia divina decantatur Proverbiorum 9. numero tertio, Posuit mensam suam, & misit ancillas suas, ut vocarent ad arcem. Valde mi- rum est quod mensa subito mutata sit in arcem militum, quia haec caelestis mensa est etiam fort- tissima turris ad repellendos omnes diabolicos incurfus, ad custodiendam animam ab omni vi- tiorum turpitudine D. Cyprian. epistol. 54. sic ait, Cum haec fiat Eucharistia, ut possit ac- cipientibus tutela esse; quos tutos esse contra ad- versarium

72.

73. Sacra Eucha- ristia ve- ficiuntur vires.

Luc. 12.

D. Bern.

74. Psal. 10. Eucha- ristia d. s. la- nitem. eo vitam. Tertull.

Joan. 6.

75. Prov. 9.

Eucha- ristia d. s. custo- dit ab omni malo.

Caput. XXVII. A Vers. 29. Usque ad 43. 433

versarium volumus munimento saturitatis Dominica ermemus.

76. Ait Isaias 33. agens de vero, & justo partici- pante Sacrum Eucharistiae num. 16. Ille in excel- sis habitabit, munimenta saxorum, sublimitas ejus. Unde illi tam excelsa habitatio munita omni la- pide pretioso Ecclesiae, ipse propheta explicat panis illi datus est: statim in illo omnis celsitudo eminet, munita, ac resplendens omni lapide pre- tiosissimo Ecclesiae, totiusque illius splendore, ait noster D. Cyrillus Alexand. lib. 3. in Isai cap. 33 Habitantes enim in Ecclesia, panis vita Christus datur fideles, & stabiles efficientes eos.

77. De illo manna, quod actum fuit populo IC. raelitico dicitur Sapient. 16. num. 20. deserviens unius cujusque voluntati, id est, referebat sapo- rem juxta voluntatem comedentis, ac gustantis, ac de nostro divinissimo dicitur Apocalyp. 2. num. 17. Manna absconditum, quia ejus dulcedi- nes, ac suavitates gustari possunt a bona, & sancta conscientia; explicari vero, ac declarari non possunt, abscondita sunt nobis, & superant omnem loquela. m. d. Bernard. sermon. ad clericos cap. 21. ait. Sine causa paginam consulis, experien- tiam magis require, manna absconditum est, non illud eruditio, sed conjunctio docet, non scientia compre- dit sed conscientia.

76. Ilal. 33.

Ab Eucha- ristia omni- tuitudo, & firmitas.

77. Sap. 16.

Apoc. 2. Delicis Eucha- ristia hu- mana mens non capit. D. Bern.

QUAESTIO XI.

Quare Paulus adhuc in medio periculi dat Deo gratias coram omnibus.

78. Adhuc navis erat in magno periculo urgen- te tempestate, & nauta ignorantes altitu- dinem maris, & portum, ad quem remearent, tunc Paulus (ut dicitur versu 25.) gratias egit Deo in conspectu omnium, ut suo exem- plo omnes admoneret, ut Deo referrent gra- tias.

79. Sanat Jesus hominem in Piscina, & dixit il- li, Tolle lectulum tuum, urgebant Judaei homi- nem; Sabbatum est, non licet tibi tollere gra- batum tuum. Joan. 5. num. 9. at ille ait. Qui me sanum fecit, ille mihi dixit, & iterum num. 14. ait, quod Jesus esset, qui fecerat cum sanu m, de lectulo nec verbum agit, sed totus erat in pu- blicanda sanitate a Christo accepta, ut suis ver- bis, ac exemplo omnes stimularer, ac excitaret ad dandas gratias Deo pro tam magno beneficio ac miraculo. D. Chryostomus homilia 37. in Matt. ait. Intrare hominem in pietate perseverantem & cum illi creditum semper crimen adducerent: hic semper excusationem, & medicum proficetur, ut populum ad ejus cognitionem, ac familiaritatem alliceat.

Joan. 5.

D. Chry- solt. Gratias omnes ex- eunt ad grati- candum.

80.

81.

80. Quaestio principaliter inquit, cur Paulus dat gratias deo, cum adhuc periculum urgeret, & navis funibus praecincta magnis fluctibus jactaretur, Paulus alta, & magna prudentia in medio tantorum periculorum totus gratulans stat dans gratias, quia gratiae praesolutae Deo in medio tri- bulationum faciunt tribulationes evanescere, & de illis triumphare.

81. Mittuntur tres pueri in fornacem ardentem at illi ibi stantes non cessabant laudare Deum: Benedicite omnes Angeli domini Domino; be- nedicite Caeli, & aquae, &c. Tunc Nabucho- donosor accessit ad ostium fornacis, & admira-

bundus exclamat: Ecce ego video quatuor vires fe- lutos ambulantes in medio ignis, & nihil corrup- tionis est in eis, & species quare similes Filio Dei Daniel I. num. 92. Unde fieri potuit, ut illi tres pueri sic trahant ad se Filium Dei, ut cum illis sit, illisque assistat? non miror, cum illi in medio fornacis, in medio tribulationum, essent oti intenti, iu deum glorificarent, ideo merue- runt, ut Deus eos glorificaret, assistente eis in- eorum ad jutorium Filio Dei. D. Augustinus serm. Barbario ait: In quibus pueris micans gratia, ita enituit, ut ligati in fornacem mitterentur, deambu- lantesque viderentur. os aperientes, Dominumque laudantes flammam ad se non admitterent, & secum Filium Dei habere meruissent, antequam in mundo homo apparuisset Expende verba. Dominum laudan- tes, flammam ad se non admitterent, & secum Filium Dei habere meruissent.

Act. 27. n. 38. Et satiati cibo alleviabant navim jactantes triticum in mare.

Versiones.

SEXTA EXPOSITIO usque ad Vers. 43.

82. Vers. 38. Et satiati cibo. Syriacus: expleri ja- ctantes aliqua. Vers. 8. jactarunt in Syriac. mare non tantum triticum, quod erat ad cibum necessarium, ut modo faciunt, quando multum urget tempestas.

83. Vers. 39. Terram non agnoscebant. Arabicus. Cu- jus litus minime deprehendebant. textus, suam quen- dam; receptaculum in insula, quae apparebat, cogitabant ejicere navim. Syriacus, impellere navim, Aethiopicus, impingere navim.

84. Vers. 40. Et cum anchoras sustulissent; eleva- sent de mari, committebant se mari. Navigantes ne- mpe, laxantes vincula, seu juncturas gubernacu- lorum: Syriacus, solventes; nam quando na- vis derenta erat anchoris, ligaverunt governacu- lum, modo solvunt ad navigandum; levato au- temone; recte explicat Arabicus, Velum parvum crexerunt, ut solet fieri in tempestate, navigando parvo velo.

85. Vers. 41. In lacum ditthallium, vox est Graca & idem valet ac bimaris, ut transferunt Arabi- cus, Aethiopicus, ac Tigurina, est locus inter duo diversa maria, seu cingitur duplici diverso mari, ubi magnum solet esse naufragium, lo- cus autem ille etiam modo Zaçala de S. Paulo id est portus, vel appulsus D. pauli. Ita philippus Cluverius, Cajet.

86. Vers. 42. Ut custodias occiderent, nempe reos cu- stoditos occiderent, Syriacus, Ut interficerent vin- ctos, nam (ut jam dixi) cum paulo deferebantur multi criminosi Roman, qui ob gravitatem suo rum crinum erant rigide Romae puniendi, ideo metuerunt milites, quod cum prope esset litus, se emitterent in mare, ut nataudo fugerent, & milites punirentur, eo quod non bene eos custodirent.

87. Vers. 43. Centurio voluit servare Paulum, aliis qui poterant natate, dedit facultatem, ut se emit- terent in mare, & sic natando a peri culo effuge- rent, alii vero, qui nesciebant natate, in tabula se salvarent.

Daniel. 3. Qui inces- pericula Deum laudat, triumphat victor. D. Aug.

82.

83.

Arabico.

84.

Arabici

85.

Arabic.

Aethiop.

86.

Syriac.

87.